

Petrus Tomicki Episcopus Cracoviensis
 Vicecancellarius Medico Bone
 Reginae.

150

Accepi literas vestras quibus modum et
 viam procedendi in cura chronica aegritudinis
 Magnifici Domini Palatini Cracoviensis si-
 mul et rationem totam ejus valetudinis, atque
 causas cur eo et non alio modo ei aegritudini
 mederi vos necesse esset erudite simul et
 copiose descripsistis. Videmini etiam in eis-
 dem literis vris non nihil ejusmodi de me
 opinari, quasi ego leviter corripere viderer,
 deudationes et alia quidem quibus ad levan-
 dam eandem aegritudinem utimini. Primum
 omnium scire velitis mihi Dne Doctor Ma-
 gnifico Dno Palatino Cracoviensi propter
 egregias ejus virtutes et in Rempu fidem
 atque in me maximam beneficentiam me
 adeo esse devinctum et affectum, ut ejus
 valetudini adversa non aliter indoleam, ac si
 ipse pari adversitate laborarer, itaque quic-
 quid id est quod ad eum scripsi id eo
 pertinet, ut quantum et in me, et in ca-
 tenis amicis experientia didici aliquando,
 id sua Mage manifestum facerem, non
 quod id pertinaciter ita esse affirmarem
 qui neque medicam artem profiteor, nec
 ei unquam aliquid operae impendi, sed
 etiam meam qualem qualem sciam in me-
 dium attuli, et varietate consiliorum atque
senten

sententiam^m aliquid tale ducescere posset, quo
homini non salute modo sed mortalitate
longissimo ad levandam eam qua premitur
molestiam suam subveniri possit, tantum au-
tem abest, ut id quod nos vos sua Mage-
salubre censeatis, ego conipere debeam, ut
si ex malis potiora optanda sunt, vel si
hæc ægritudo Magnifici Dni Palatini fata-
li quadam necessitate ab eo curari non po-
tuit, ego eam potissimum ei hunc accidisse
cum vos ei curando incumbitis maluerim neq;
non dubitari potest, pro summo Vro in ea
arte studio et acumine ingenii Vri quod
Magnificus Dnus noster Palatinus, quem
in propinquissimo sanitatis articulo jam esse
scribitis brevi perfectæ et mihi desideratissi-
me valetudini restituetur, cui rei vos ita ut
cepistis etiam adiuturini rogo et oro. Vale.
te 1534.